



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Cap. XXX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

doquidem suspiciebant me omnes, tanquã moerentiũ  
consolatorem, & pauperum auxiliatorem.

Ex his omnibus auctoritas Hiobis cõmendatur, ut  
discamus, quãto honore Dominus pios interim cele-  
bret: ex sequenti uero capite docemur, quãta eos cruce  
opprimat, ut pbetur: oportet enĩ pios ex utraq; parte  
dextra et sinistra, exercitados esse, ut Paul. ait 2. Cor.  
6. Per arma iustitiæ, dextra et sinistra, per gloriã &  
ignomiã, per conuitia & laudes, & alibi Phil. 4.  
Nouit humilis esse, nouit & excellere, ubiq; & in om-  
nibus institutus sum, & saturari & esurire, & aba-  
ndare, & penuriam pati.

## CAP. XXX.

Nunc uero deridēt me iuniores tem-  
pore, quorũ reiecissē patres nec  
posuissē cum canibus gregis mei,

Quorum uirtus manuum quid mihi  
cum ipsis peribat senium.

Præ egestate & fame solitarie fugie-  
bant ad desertum, hesternam pressuram  
& consternationem.

Euellentes urticam circa arbustum, &  
radix Iuniperorum cibus eorum.

D d 3



ANNOT. IN HIOB

Et cum de interiori euulsiſſent, iubi-  
bant ſuper ipſam quaſi fur.

Prope terribiles torrentes habitabi-  
in ſpeluncis terræ & petrarum.

Inter arbuſta uociferabantur, in-  
ſentes congregabantur,

Filii ſtulti, & filii nullius nominis, qu-  
humiliati ſunt de terra.

Nunc cithara eorū factus ſum, & ſum-  
ipſis ad fabulam.

Abominantur me, recedunt a me, &  
coram facie mea non ceſſant ſpuere.

*In rebus mun-  
di nihil non  
caducum.*

NUNC DERIDENT ME. *Ante, qua diti-  
thoritate inter homines præditus fuerit, & qua beati-  
dictione Domini adfectus, diſſerui Hiob: nunc docet  
quanto contemptu ab hominibus, & quanta male-  
ſtione à Domino tractetur. Eſt autem hoc in noſtri di-  
ſtinaſcriptum, ut diſcamus, nihil in toto mundo  
quãtumuis excellens, conſtare: ſed omnia preſſumre,  
nam & cœli & terra peribunt, quanto magis gloria  
authoritas, & ſœlicitas carnalis? Eſa. 40. Omnis caro  
ro ſœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri, peribit  
ergo, inquit Hiob, omnis mea authoritas: nunc enim  
rident me abiectiſſimi quiq;: nam Domino irident  
nos omnia derident, quanq̄ fieri poteſt, ut nihil tale  
extrin-*



extrinsecus fiat, sic tamē fieri, homini à Deo dereli-  
ctio uidetur, Deut. 28. Eris in exemplum &c.

QVORVM PATRES. Quam gloriosus &  
celebris ante fuerim, iam satis declaratū est in prio-  
re capite, nūc uero subsannant me abiectissimi, quorū  
patres, iuxta canibus gregis mei prae posuissē, qd nos  
solemus dicere, indigni, qui matellā porrexissent, aut  
porcos pauissent, aut calcamētōrū corrigia soluissent.

QVORVM VIRTUS MANVVM &c.

Hinc nunc contemnunt, quorum potentia & for-  
tudo collatis etiamnum omnibus suis uiribus, nihil  
mihī potuissent cōmodare, quorum auxiliū ne optas-  
sem quidem, quando abiectiores erant & miseriore,  
quā ut in senectutem prae fame & egestate perue-  
nire potuissent, horū inquam filij, nunc me naso suspē-  
dunt aduoco, & mandant laqueū, mediumq; osten-  
dunt linguam.

PRAE EGESTATE ET FAME &c.

Rident me, qui pressuram & torturam, eorum ca-  
piti nuper à creditoribus imminentem metuentes, &  
egestate compulsi, in heremum sese absconderunt, ut  
uel urtica, uel radice luniperorum uescerētur, quibus  
inter homines ne cibus quidē suppetebat: besterna pres-  
sura & cōsternatio, est imminēs exactio à creditore,  
quā fugiūt miseri. Pro urtica Hebraeus habet מרר  
quod uerbū esse scribunt amarā, hinc suspicatur urticā

D. d. 3



A N N O T. I N H I O B

esse, qualiscūq; autem sit, certū est, hanc herbam  
 uilem & contemptibilem cibū, quales apud Hesiodum  
 narrantur malua & asphodelus, pauperum deliciae.  
**ET CVM DE INTERIORI EVVLSI-**  
**SENT.** Vel hinc aestimare potes illorum egestatem  
 quod pro desperatione, non Sybariticam aliquā  
 fam adpetebant, sed euulsa forte Iuniperi radice, &  
 nacta uili malua, Ambrosiam putabant, & ut fures  
 surreptis numulis, ac iam securi, ingenti afficiuntur  
 gaudio, ita hi inuenta urtica, aut Asphodelo, mirū  
 modum iubilantes exultabant, perinde ac si bonorum  
 omnium thesaurum inuenissent.

**PROPE TERRIBILES.** Hoc est, non solum  
 ciborum indigi sunt, sed etiam carent domo, ac laboribus,  
 exulant abiecti à patria, habitant in locis incultis  
 & horridis, in speluncis terrae, in fissuris petrarum,  
 adeoq; conueniunt inter arbusta, inter sentes: haec enim  
 sunt magna eorum praetoria, haec sunt sublimes eorum  
 aulæ, in quibus consilia sua cogunt. Hi inquam  
 stultorum filij planè inglorij, & uix triobulares, nunc  
 contemnunt & rident, ut sequitur.

**NUNC CITHARA EORVM FACTA**  
**SVM.** Quid miserius & calamitosius cogitari potest,  
 q̄ quod antea tā celebris fuerim, et nūc expositus  
 sum uilissimorū hominū contēptui: horū n. citharata  
 fabula factus sum, de me ridicule canūt, de me contem-  
 ptui.



ptius loquuntur, quoties me uiderint, ueluti spectrū ali  
 quot infaustū abominātur, et quod contēptibilis est,  
 in me expuunt, nihil p̄sumdeterriti priori maiestate.

Quoniam neruum suū adperuit, & hu  
 miliauit me, & frenū in os meū miserūt.

Addexteram qua germinabam insur  
 rexerunt, pedes meos excusserunt, & con  
 culcauerunt me ( quasi ) semitam quam  
 perdere ( conabantur ).

Dissipauerūt semitam meā, ut calamī  
 tate afficerer, p̄mouerūt, nullo adiutore.

Quasi per aperturam latam irruerūt,  
 in tumultu irruperunt.

Verfi sunt ad me terrores, p̄secuti sunt  
 sicut uentus liberalitatem meam, & sicut  
 nubes transiens, salutem meam.

Et nunc super me effunditur aīa mea,  
 adprehenderunt me dies doloris mei.

Noctu ossa mea confodiuntur in me,  
 & persecutores mei non eunt dormitū.

Multitudine roboris mutatur uestitus  
 meus, quasi foramine indusii mei adcin  
 gunt me.

Proiiciunt me ad lutum,  
 & astimor sicut puluis & cinis.



A N N O T . I N H I O B

QVONIAM NERVVM SVVM APERVIT. Rationem reddit Hiob, cur sic ab omnibus, non tam hominibus, quàm creaturis rideatur, quia, inquit, Dominus mihi contrarius est, ideo omnia mihi contraria fiūt: Dominus aperuit nervum suū, sagitta sua infixæ est mihi, & confirmavit super me manum suam. Nervum autem & sagittas Domini, potētiam eius intelligas, qua, calamitatibus & mortibus nos obruit. ET FENVVM IN OS MEVM. Qui sunt qui miserūt frenū in os? uel Synecdochicōs Domini Deum intellige: uel Arabes, qui Hiobis armenta abegerant, est autem crux capistrum illud, quo cohibemur à cupiditatibus nostris, & erudimur ad uoluntatem Domini.

AD DEXTERAM QVA GERMIN.

**Tentatio à dextris.**

Duplex est tentatio, à dextris, & à sinistris. A dextris tentamur, quum abundat carnis felicitates, sanitas, diuitiæ, maiestas, & gloria, quæ tentatio ut carni adceptissima; ita periculosissima est. Irruerunt igitur ad dexterā Arabes Hiobis aduersarij, hoc est, spoliauerunt eum diuitijs: & omnem gloriā eius cōculcauerunt. Tentamur & à sinistris, cruce, adflictione, & id genus malis, sed securius & minori periculo: ciliis enim cruce erudimur, quàm quod ea perdamur.

**A sinistris tentamur.**

PEDES MEOS EXCVSSERVNT.

Vide admirandam humanæ sortis uarietatem: habebat



bebat quondam Hiob cathedras in templo primas, et  
in foro salutationes, nunc ne incedere quidem licet: sed  
est sublimi precipitatur, et pedibus concalcatur, quasi  
lutum et excrementum.

## DISSIPAVERVNT SEMITAM &amp;c.

Hoc est, omnes vias meas, omnes conatus, omnia  
studia conculcant et dissipant aduersarij, idque tam fa-  
cile, ut nullo egeant auxiliatore: solet enim Dominus  
impios iuuare, donec iustos persecutatur et occidat,  
etiam nullo adiutore, id quod in Christo uidemus fa-  
ctum. Ex hoc autem loco, primum discere oportet, quod  
Domino iuuante, nemo nobis uel capillum de capite  
mouere possit: dein, quod Domino recedente, cuius li-  
bentini pateamus, ut enim Christus, priusquam hostibus  
suis, pater aduerat, semper elapsus est insidijs et la-  
pidibus Iudaeorum, postea uero quam aduerat pater,  
preualuit in eum impiorum potestas, nullo ferè adiu-  
tore. Ita Hiob, ab initio undequaque munitus erat Do-  
mini benedictione, usque ad Satanae inuidiam, postea  
uero, aduersarij potestati traditus, uincitur nullis pro-  
permodum uiribus.

## QVASI PER APERTVRAM.

Hoc est, undequaque expositus sum periculis et li-  
bentini aduersariorum. Vel si de Arabibus intelligere uo-  
lueris, hanc habet sententiam: quamquam habuerim ciui-  
tates munitas et propugnaculis probe munitas, irruerunt



Domnus fortissimus murus, & exercitus validus respicientia ab iniquitate.

erunt tamen Arabes in regionem meam, perinde ac nullis muris cincta fuisset, & quasi per aperituram, id est, maceriam dirutam, usque adeo nihil profuerit murus, Domino iudicante: & rursus, prodest ut sepes Domino protegente. Igitur hoc solum curantia est, ut habeamus Dominum propitium.

VERSIVNT AD ME TERRORES.

Hoc est, etiam si irruerint tumultu, in meam regionem Arabes, non tamen dolenter hoc tulerim. Dominus enim dedit, Dominus abstulit: sed nunc postquam Dominus à me recessit, ecce irruunt super me terrores, qui quasi uehemens uetus, dispellunt & auferunt à me omnem animi mei libentiam, qua antea, tot calamitates sufferebam. Pro liberalitate Hebraeus **נְדִיבִית** quod significat munificentiam, & animum spontaneum, quo quis res suas liberaliter dispensat.

ET SICVT NVBES TRANSIENS.

Postquam Dominus à me recessit, etiam abiit quicquid erat in me salutis, & sicut nubes transiens, id est, uelocissime, recessit à me omnis constantia.

ET NVNC SVPER ME EFFVNDITVR ANIMA. Id est, contabesco, consumor, deficio, & diffuunt uires animae meae, propterea quod undique dolores me apprehenderint. Sic Psal. 41. Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam, id est, dum recordabar afflictionis, et irrisionis, qua aduersarij me illud debant



debant, dicentes: ubi est Deus tuus? quando auxiliatus tibi? tunc effudi in me animam meam, id est, contabui, & intra me defeci, omnibus uiribus destitutus.

NOCTV OSSA MEA CONFODIUNTUR. Quae antea passus sum per Arabes, nullius ferè momenti sunt, praeter illis quibus nunc adfligor, nunc enim iudicium Domini cōturbat, ueluti effodiēs omnia ossa mea, non tam interdum quā noctu, quo tempore solent homines à labore interquiescere, mihi uero, nullum plane quietis tempus conceditur, Psal. 30. Infirmata est in iniquitate, uirtus mea: & ossa mea contabuerunt. Adhuc persecutores mei, hoc est, uel creaturae, uel Deus ipse, nunquam remittunt supplicium, sed magis atque magis, omnes uires meas concutiunt.

## MULTITVDINE ROBORIS.

Hoc est, tanta tyrannide adfligor, ut calamitas me undique, ueluti uestimentum circundet, adeoque arte me complexa est, ut eam excutere nullis uiribus possim, quemadmodum enim indusium à collo & humeris pendens, totum ferè corpus cingit, ita calamitas me totum sibi uendicauit, à uertice usque ad plantam, ut & Psal. 77. ait: Non est sanitas in carne mea à facie irae tuae.

## PROIICIUNT ME AD LVTVM &amp; c.

Id est, conculcor & c.  $\epsilon\sigma\varsigma\ \pi\epsilon\iota\kappa\acute{\alpha}\theta\alpha\rho\mu\alpha\ \&\ \tau\omega\ \epsilon\iota\mu\alpha\ \tau\omega\ \kappa\acute{o}\sigma\mu\alpha\varsigma$ . Porro ubi nos habemus puluis & cinis, apud Hebraeos uenusta est allusio nominū si-  
 mulitudine עפר ואפר



A N N O T. I N H I O B

Si clamauero ad te, non exaudis me, si  
stetero ( coram te ) non animaduertis su-  
per me.

Mutatus es mihi in tyrannū, robore  
manus tuæ odisti me.

Eleuas me ad uentum, uehens me, &  
liquefacis me efficaciter.

Proinde agnoui, quod morti trades  
me, & domui constitutæ omni uiuenti.

Veruntamen non in foueam mitter  
manum, nec in destructione eius propter  
illas (adflictiones) clamabitur.

An non fleui in duro die, compatiens  
animo meo egeno ?

Bonum expectaui, & uenit malum, ex-  
pectaui lumen, & uenerunt tenebræ.

Intestina ebulliunt, & nō cessant, præ  
uenit me dies doloris mei.

Tristis incedo nulla ira (affectus) con-  
surgens in ecclesia clamo.

Frater sum Draconum, & socius filio-  
rum Struthionis.

Pellis mea denigrata est super me, &  
ossa mea aruerunt præ æstu.

Et facta



Et facta est ad luctum cithara mea, & organum meum ad uocem fletus.

SI CLAMAVERO AD TE &c.

Dominus promisit se exauditurū, quotquot ipsum in fide inuocauerint: petite, inquit, & accipietis: qd ergo Hiob clamat & nō exauditur? quia derelictus à Domino, suspicatur se non exauditurum: etiamsi ex se clamauerit, propterea, quod exauditionis sensum, non mox experiatur, semper enim Deus exaudit in fide clamantes: nec unq̄ pijs propinquior est, q̄ in media derelictione & necessitate. Et ut hoc loco Hiob, ita & Christus in cruce clamaui: Deus meus ut quid me dereliquisti? nō audis? nō iuuas me? nam Christus hanc carnis nostræ desperationem, qua existimamus nos in medijs malis nō exaudiri, in suos humeros, quē admodū & alios humanos morbos transtulit, ut eam uinceret, & nos in ipso uinceremus: nisi enim Christus hanc blasphemiam, carni nostræ agnatā, in cruce uicisset, nemo propter eam è faucibus inferni liberari posset. Certo autem semper, fidei oratio exauditur, sed exauditionem nō continuo manifestat Deus, scilicet ut p̄betur fides nostra, & fortior cōfirmetur.

SI STETERO &c.

Cum ipso, inquit Dominus, sum in tribulatione: sed ecce diuersum, orta tribulatione, abscondit Deus caput suum, ne uspiam uideatur: accusat ergo Hiob

Dominus semper exaudit fidelē orationem, sed non continuo reuelat.



A N N O T . I N H I O B

Dominum mendacij, quod contra promissionē suam, eo magis recedat quo magis adfligat, nec adfluctū vel aspectu dignetur. In his autem inferni flāmīs, nō est ullum certius asyllum, quān promissionis Verbo constans herere: & interim expectare Dominum, donec potentiam Verbi & energiam reuelauerit.

M V T A T V S E S M I H I I N T Y R A N N V N

In lege pollicetur Deus, se facturū misericordiam millibus, timentibus eum, & custodientibus mandata sua: longe uero aliud, uel ipsa experientia adparet, nam & Hiob custodierat mandata Dei, sed tamē nō sentit Deū, nisi crudelem tyrannū: Sic enim Deus natura bonus & beneuolus, adparet homini cōdēnato.

R O B O R E M A N V S T V A E O D I S T I M E

Hoc est, promisisti quidē te mihi fore patrem, sed nūc ostendis te osorem mei: quo? Robore manus tuæ, id est, tyrannide, adfluctione, & alijs malis: sic enim lex indicat Deute. 28. & Leuiti. 26. Ergo odit Deus, quemcunq; afflixerit? Ita carni uidetur, & sic disputant amici Hiobis. Longe uero aliud spiritus iudicium est. Nam ex lege discimus adfluctiones & cruces, esse maledictiōes, Maledictus enim est, ait lex, omnis qui

Legis maledi in ligno pendet: sed ex Euangelio agnoscimus, maledictiones p̄ euā ledictiones illas in benedictiones, per Christū uersas gelion sunt esse: ut crux solis impijs sit maledictio, pijs uero benedictiōes dictio: quod uero Hiob hoc loco ex adfluctione conijciat



ciat odium Dei, pro carnis & sensus ratione, nō pro  
spiritu prudētia, loquitur: qui enim Dominum Deū  
suum perdidit, non potest non iudicare ex adu-  
ersione, Deum tyrannum esse.

**ELEVAS ME AD VENTVM &c.**

Id est, pro libidine tua tractas me, nunc huc, nunc  
illuc impendens, quemadmodum pluma uento agita-  
ta, non rectā propellitur, sed susq; deq; rapitur.

**LIQVEFACIS ME POTENTER &c.**

Id est, dissoluis omnes uires meas, quæ diffluunt,  
quæ cera igne liquefacta. Est autē & hoc impiorū  
iudicium, Psal. 67. Sicut deficit fumus, deficiunt: &  
sicut fluit cera à facie ignis, ita pereunt peccatores à  
facie Dei: sed illo afficitur Iob pius, quia pij in hoc  
seculo sustinent malorum supplicia, & impij bono-  
rum benedictiones, donec Dominus ad iudicium ue-  
nerit, daturus unicuiq; iuxta opera sua.

**PROINDE AGNOVI QVOD MORTI**

**TRADBS ME.** Sic ludis mecū, ut facile conijciā,  
mihi moriendū esse, uideo mortem ob oculos positā,  
& eam domum mihi apertam, quæ omnibus uiuenti-  
bus parata est. Ea autē domus est **MORS**, unicuiq;  
decreta: uiuendi enim principū, moriēdi initium est,

ut dicitur, in primo pulmento, mortē deuoramus. **Mors oīm ui-**  
uentium do-  
Porro, hanc generalem omnium uiuentium conditio-  
nem, nō infringunt paucorū priuilegia, ut de **Eroch mus,**



Et Helia legimus, et de his, qui ab ultimo iudicij  
 usui reperientur, de quibus Paul. scribit 1. Theß.  
 Non omnes moriemur, omnes tamen immutabimur.  
 VERVNTAMEN NON IN FOVEAM

Desperatis in  
 fernus redem  
 ptio uidetur,

Id est, si omnino mihi in hac uita, nulla spes reli  
 qua est, confido tamen Deum, non missurum manum  
 suam ad inferni foueã, id est, uel post mortem quiescã,  
 à dira tyrannide Dei liberatus: et uel illic cõsolatiõ  
 et quietis locũ habebo, ubi nullus est clamor ppter ca  
 lamitates, ubi impij cessant à tumultu, et quiescũt sa  
 tigati à labore, ut eandẽ sententiã supra habes cas.

AN NON FLEVI IN DVRO DIE.

Scriptum est: Beati misericordes, quoniam ipsi mi  
 sericordiam consequẽtur: et, qua mensura mensi fue  
 ritis, eadem alij remetientur uobis. Itaq; Hiob ait, se  
 misericordiã prestuisse egenis, doluisse cum dolentibus,  
 fleuisse cum flentibus: nihilominus tamen nũc se  
 non habere, qui colligeat, qui misericordiã prestat,  
 sed potius, omnes ridere ac subsannare, ut planè dis  
 uersum acciderit, quã sperauerit. Vnde sequitur, bo  
 num expectaui, et uenit malum: lex promittit bona,  
 bene operantibus. Deut. 28. Si audieris uocem Dom  
 ni, benedictus eris &c. Proinde Hiob, quia operatus  
 erat bona, etiam speraui: non ex merito, sed ex fide et  
 promissione Domini: ecce autẽ, præter omnem animi  
 expectationem, pro bono euenit malum: pro lumine  
 tenebræ



tenebræ, id est, pro foelicitate, infœlicitas: id quod pla-  
ne est impiorũ supplicium, de quibus scribitur Hier-  
s. Expectauimus pacem, & nõ erat bonum, tempus  
medela, et ecce formido, Esa. 59. Expectauimus lucẽ,  
& ecce tenebræ: splendorẽ, & in tenebris ambulau-  
mus. Impijs autẽ ideo diuersa addidunt, quã expe-  
ctauerint, quia non fide in Verbũ, sed opinione ex mē Cũ impijs, tũ  
datis cõcepta, bonũ expectant. Pijs uero ob hãc cau-  
sam, ut interim probetur, & suarũ uirium conscij fia-  
ant, ac ut discant, semper è manu Domini pendere. ad addunt.

INTESTINA MEA EBULLIUNT.

Id est, omnia mea uiscera, cõcussa sunt iudicio Do-  
mini, Thren. 2. Defecerũt præ lachrymis oculi mei, cõ-  
turbata sunt uiscera, effusum est in terra teur meum.

TRISTIS INCEDO &c

Id est, nulli inuidus sum, nulli irascor, & tamẽ tri-  
stis ac macilentus obambulo: solent enim irati, mina-  
ci uultu, & frõte corrugata incedere: inuidus quoq;  
alterius rebus semper macrescit opimis. Tanto præte-  
rea dolore adfectus sum, ut clamem inter homĩes, uel  
usq; ad rauim, nihil ueritus uenerandam hominum  
congregationẽ, cogit me dolor, ut exclamem perinde  
ac insanus aut stultus quispiã. Proinde merito dicar  
frater Draconum, & socius Struthionum, propterea  
quod uociferer uelut Draco aut Struthio camelus: sic  
Michea primo: Plangam & ululabo, faciã planctũ

Et



ANNOT. IN HIOB

uelut Draconū, & luctū quasi Struthionū, quod nos  
dicere solemus, quasi leos mugio, & quasi leo, rugio

PELLIS MEA DENIGRATA &c.

Hoc est, ardor iudicij diuini, non tam animæ uires  
quàm corporis partes, pellem & ossa consumit. Sic  
Thren. 5. Pelis nostra quasi clubanus exusta est.

ET FACTA EST AD LUCTUM.

Id est, omne gaudium mihi uersum est in luctum,  
id quod impius minatur spiritus, Amos 8. Conuertam  
festiuitates uestras in luctum, & omnia cantica ue-  
stra in planctum.

CAP. XXXI.

Factum pepigi cum oculis meis, ut ne  
cogitarem (quidem) de uirgine.

Quod ergo præmium Dei pro illo, &  
quæ hæreditas omnipotentis de excelsis  
(propter illud) ?

Nonne calamitas iniquo, & afflictio  
faciēt iniquitatē (iustius contingeret) ?

Nonne ipse considerat uias meas, &  
omnes gressus meos dinumerauit ?

Si ambulauit in uanitate, & festinauit  
ad dolum pes meus.

Appendat